

suprum (a) cum ejus uxore vidua, an pariter sit feudo privandus? Resp. quod sic. Ita tenet Andr. de Iern. in d. §. 1. & est magis communis opin. ut dicit Joan. Garo. in lib. 1. C. d. secund. nupt. in text. num. 61. Videtur enim ipsa adhuc esse in primo matrimonio. Præterea dicunt Doctores, quod si transfisset ad secundam vota, & vasallus cum ea coiret, non cederet à feudo: cessat enim eo casu ratio reverentiae, quam vasallus domino præstare tenetur.

ADDITIONES.

(a) Suprum.] Item, quod vasallus feudum amitat, si cum uxore domini sive vivi, sive mortui concubuerit, commune dicit Ofsæ. dec. 77. nu. 17. Idem si commiserit suprum cum relicta domini: magis commune vide, & limita per Roland. consil. 86. n. 40. vol. 2. Et de istis duabus dixi in collect. mea commun. opin. verbo, vasallus item suprum. Quid si committat incestum, quod perdat feudum, mox dixi. Adde, & vide per Bald. in l. 1. ff. de rerum divis. ubi etiam licet Papa dispenset quo ad matrimonium: tamen vasallus haud recuperabit feudum per allegata ibi per eum, cujus questionem reassumit Bald. sequens Jacobin. de S. Georgio in suis questionibus feudilibus, q. 17. & nu. 15. Quid si se commiserit cum concubina domini? Item, quid si cognoverit pedissequam domini? vide per eundem Jacobin. de feud. in vers. qui quidem investiti, n. 19. & 20. Et quibus causis debeatur vasallus feudo privari, vide ibid. per tot. GIACH.

Suprum.] Fallit si nesciat eam esse uxorem domini sui, quia non privatur feudo, ut per Alex. in add. ad Barr. in l. item apud, §. si quis virgines, ff. de injur. Govean.

Quid si post mortem domini committat suprum cum ejus uxore vidua.] Ardua quaestio est: utrum vasallus, cum vidua domini defuncti suprum committens, feudo suo mulctetur? Et mulctari, communiter Feudistae affirmant. Andr. de Iern. Nicol. de Neapol. Matt. de Assit. Alvarott. & Præposit. in c. 1. §. item si fideiis, quib. mod. feud. amit. lib. 1. tit. 5. f. Clarus nosse hic, & infra tit. 5. sent. §. suprum, n. 8. Curt. Junior, in tract. feud. in 4. parte principali, nu. 16. vers. secund. casu. Et Joan. de Garronib. in l. 1. n. 35. C. de secund. nupt. Tiraq. in tract. de nobilitate, c. 18. nu. 9. Schrader. in tract. feud. c. 10. concl. 55. & tract. feud. ca. 10. concl. 27. n. 3. & seqq. aliique ab his laudati. Sed

contraria sententia veritati magis consona videtur, per textum in c. 1. §. fin. de feudo sine culpa non vitare, ubi dicitur dicitur, vasallum beneficium suum amittere, si concubuerit cum uxore domini sui, domino vivente. Quibus posterioribus verbis, domino vivente, aperte ostenditur, vasallum, qui uxorem domini suprum maculat, ita demum beneficio suo privari, si domino vivente, non autem si eo mortuo istud admisserit. Nam

verba hæc, uxore domini, sunt duo ablativi absoluti, quorum eam naturam esse omnibus in confesso est, ut conditionem inducant, sive conditionalem dispositionem faciant, l. ab emptione, §. ff. de pact. l. creditor, l. in princ. ff. qui pot. in pign. vel hypoth. hab. l. exitis agri, & l. lite contestata, 35. ff. de iur. l. fructus 7. §. divorzio factio, ff. solut. matr. l. acceptis 93. ff. ad l. Falc. l. facta, 63. §. rescripto, ff. ad SC. Froboli. Gomel. to. 1. var. resol. c. 81. nu. 4. vers. quartus effectus, &c. Atqui conditione deficiente, deficit etiam dispositio, l. hoc venditio, 7. in princ. ff. de contrah. empt. l. necessario, 8. ff. de peris. & commod. rei vend. l. legata 41. & l. qui hæredi, 44. in fin. ff. de condit. & demonstr. Cravet. consil. 170. n. 8. Atque huic suffragantur sententia Bald. in d. c. 1. §. fin. de feud. sine culp. non amitt. Schenk. Baro ad de vit. §. item si fideiis, lib. 1. f. Eguinarius Baro lib. 3. de benef. c. 3. Vultrejus lib. 1. de feud. c. 11. nu. 31. vers. quid de vidua, &c. D. Bocer. class. 5. disp. 20. th. 56. lit. C. edit. 2. Niellius disput. feud. 8. th. 5. lit. B. Gothofredus Anton. disput. feud. 11. th. 5. ad lit. B. Arithmaeus disp. 9. Collegii criminal. th. 6. ad lit. D. circa finem, & novissime, H. in tract. feud. c. 15. pag. 385.

Non obstat, quod vasallus gravem offensionem, sive injuriam domino suo inferens, feudo sit privandus, tit. 32. in princ. vers. de illa tamen ibi, egrægie ingravidinis causa, tit. 24. §. præterea, §. item si delator, & §. denique, vers. si vero, lib. 2. f. Ad hoc enim, ut vasallus feudo privetur ob injuriam domino illatam ne-

cesse est, istam injuriam domino viventi esse factam. Ast in proposita questione injuria mortuo jam domino est irrogata, quam longe leviorum esse, quam si viventi imposita fuisset, certum est: Tum quia facile obiterat, & extinguitur: tum quia nullo doloris sensu defuncto percipitur: tum denique quia vasallus, domino mortuo, alium confestim dominum habet, defuncti scilicet successorem: ut huic tantum, non etiam amplius defuncto domino fidem debeat. Quamobrem placitis feudilibus decisum est, vasallum stuprando uxorem domini viventis, injuriam ei fecisse graviorem, quam si viduam domini defuncti stupro violasset: & propterea prior casus, non vero posteriore, feudo privandus esse.

Nihil item obstat, quod semper reverentia patrono exhibenda est, tam vivo, quam mortuo, l. apud Celsum 4. §. adversus parentes, vers. semper enim ff. de doli mali, & mer. except. & quod libertus, cui legatum, aut fideicommissum patroni testamento relictum est, quasi indignus eo carere jubetur, si patronum suum post mortem ejus, quod illicitæ mercis negotiatorem detulerit, l. 1. ff. de his, quæ ut indignis aufer. Illud namque utrumque, quod his legibus assertur, respicit duntaxat probrosum patroni factum, quod libertus, ne mortuo quidem patrono, manifestare debet: ne, eo detecto, etiam mortuus patronus infamiae macula notetur. At defuncti domini vicium suprum contaminare, non est turpe aliquod ejus factum manifestare; neque inde ulla infamia ad ipsum defunctum dominum redundat. Adhæc ingratitude, quæ ex dictis legibus colligitur, indignum quidem legatarium legato, vel fideicommissario, a testatore sibi relicto, reddi: verum illud ad beneficium feudale porrigendum non est, ut ob easdem omnes causas, propter quas legatarium legato privatur, etiam vasallus de feudo exui debeat: cum gravius ingravidinis causa ad privationem feudi, quam ad privationem legati requiritur. Ratio t differentia, cur facilius legatarium legato, quam vasallus feudo propter ingraviditatem privetur, hæc est: quia legatum mere est lucrosum, & gratuitum: Feudum autem, quamvis beneficium sit, tit. 23. circa finem, lib. 2. f. attamen non mere gratuitum confectur: quoniam vasallus pro feudo accepto ad servitia militaria, aliaque multa onera, domino obligatur, per text. in c. amic. vers. & si contigerit, de nova form. fidelit. & in c. amic. in princ. hic finitur lex, tit. 28. lib. 2. f. Borcholt. in Comment. de conjur. feud. c. 1. n. 22. & seqq.

Enimvero vasallum, qui intra luctus tempora viduam domini vitiat, dignum esse amissionem feudi, recte statuitur. Tum quia vidua, que intra luctus tempus alium veneris causa marem admittit, suspensionem de se mover adulterii vivo marito cum altero illo mare commisit, Nov. 39. c. 2. vers. finem illas, &c. Tum quia mas, qui intra luctus tempus cum vidua concubuit, occasione præbet turbando sanguini defuncti mariti, l. honororum, 11. §. 1. in fine, ff. de his qui not. infam. Atque hinc rationibus moti, hanc sententiam tenent Rol. à Valle, consil. 86. nu. 40. & 47. vol. 2. Borcholt d. Commentar. in consuetud. feud. cap. 8. numer. 97. hosque laudans D. Bocer. prædicta class. 5. disp. 20. th. 57. HARP.

QUESTIO XLIX.

SUMMARI A

EX CLARO.

- 1 Vasallus tenetur infra annum, & diem à morte domini petere revocationem investiturae.
- 2 Et quid in militibus vasallis.
- 3 Et an hoc tempus curvat à die scientiae.
- 4 Et an curvat impuberi.
- 5 Et an minor adversus lapsum hujus termini possit petere restitutionem in integrum.
- 6 Et an requiratur sententia declaratoria.
- 7 Et quid si dominus investituram concedere noluerit.
- 8 Et quid si vasallus eo tempore non possidebat feudum.
- 9 Et an vasallus possit purgare moram.
- 10 Et quid si dominus post annum, & mensem recipit vasallum ad solita servitia, an censetur illi remississe.

- 11 Et quid si dominus reliquerit plures hæredes an teneatur vasallus ab omnibus petere investituram.
- 12 Et an ille, qui prius habebat partem feudi, si aliam acquirat, teneatur pro ea novam investituram petere.
- 13 Et an juramentum fidelitatis possit præstari per procuratorem.

Ex Additionibus.

- 1 Quando investitura sit petenda in feudo novo.
- 2 Vasallus, si tribus vicibus ad accipiendum novam investituram citatus, si non venerit, dominus ipsum investire amplius non cogitur.
- 3 Investitura feudi veteris intra quod tempus petenda.
- 4 Militi vasallo ad petendam renovationem investiturae annus & mensis computi.
- 5 Ex quo tempore vasallo curvat tempus petende investiturae.
- 6 Et quando curvat pupillis.
- 7 Et quid, si dominus intra legitimum tempus investituræ vasallum non cogitur.
- 8 Et quid, si vasallus feudum non possideat.
- 9 An, & quatenus vasallus moram purgare queat.
- 10 Et quid, si dominus, post incursum caducitatem, ad servitia solita receperit.
- 11 Et quid, si dominus reliquerit plures hæredes, an teneatur vasallus ab omnibus investituram petere, remissive.
- 12 An, & quatenus juramentum fidelitatis per procuratorem præstari possit, remissive.

Mortuo domino tenetur vasallus intra annum, & diem à morte ipsius domini petere ab ejus successore (a) renovationem investiturae, & debitum fidelitatis juramentum exhibere, alias privatur (b) feudo. Itemque si domino supersite vasallus moriatur, tenetur ejus filius intra dictum tempus idem facere, alias cadit à feudo. Text. est expressus, in c. 1. in princ. qua sue. pri. causa benef. amitt. & est communis conclusio, ut dicit Curt. jun. de feud. in 4. parte, in 23. caus. amitt. feud. Que tamen non servatur in hoc Ducatu Mediolani, ut ibi. Ratio autem hujus conclusionis est secundum communiter Scribentes, ut dicit Curt. ibi: quia petere investituram, est signum devotivum, & reverentiae, quam vasallus domino debet. Ego vero alia ratione dicebam illud fuisse introductum, quia scilicet virtus juramenti non transit ad hæredes, neque egreditur personam jurantis, ideo hæc renovatio juramenti, & recognitionis sui necessaria, ad hoc, ut specialius, & magis efficaciter ex proprio juramento filius domino obligaretur. Nam licet vasallus mortuus jurasset fidelitatem pro fe, & successoribus suis, adhuc est necessaria renovatio juramenti fidelitatis. Et ita tenent communiter Canon. ut dicit Curt. jun. in d. 4. parte, 24. causa privationis, vers. Secundo extendit. Sic etiam respectu successoris in directo dominio, nisi specialiter præstetur juramentum domino, & ejus successoribus, non obligatur vasallus successori, nisi renovetur juramentum. Bene verum est, quod si juramentum fuisset præstitum domino, & successoribus, non esset necessaria renovatio juramenti: sed bene esset renovanda investitura in signum recognitionis, ut scilicet vasallus agnoscat illum in domino, & ille illum suum vasallum. Ratio autem, cur præfixum sit tempus anni, & diei: non autem majus, nec minus tempus, nulla potest (iudicio meo) melior assignari, quam quia ita moribus receptum est.

Intellige tamen illud, quod dictum est de termino anni, & diei, quia locum habet solummodo in privatis vasallis. Milites (c) autem vasalli habent annum, & mensem. Text. est expressus in cap. 1. quo tempore miles. Et ita concludunt omnes Scribentes, ut dicit Curt. in d. 23. causa vers. Tertio limitanda. Et dicit Alvar. in d. c. 1. post nu. 7. vers. Oppo. cum gl. 4. quod ita tenent Doctores communiter omnes. Scias etiam quod hoc tempus (d) non incipit currere, nisi à die scientiae probabilis. Ita tenet gl. in d. c. 3. in gl. 2. quo tempore miles, quam omnes sequuntur, ut dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 1. gl. 7. nu. 4. & sic ille annus à principio est utilis, & post scientiam continuus. Addit etiam Molin. quod non currit, nisi à die hereditatis aditæ, sed hoc gl. illa non dicit, neque credo, quod sit verum, licet multi hoc teneant, maxime si esse-mus in feudo, quod agnatus, vel etiam filius possit habere, etiam si non esset hæres vasalli ultimo loco defuncti, propterea ego dicem, hunc annum, & diem esse computandum à die, quo vasallus adeptus est possessionem ipsius rei feudalis, & probabiliter servit, vel scire potuit ipsam rem esse feudalem: & nisi hæc duo concurrerint, facile eum excusarem ab amissione feudi, ob non petitam investituram.

Item scias, quod hoc tempus non currat impuberi (e) text. est in c. si minori, secundum communem intellectum, si de feudo defuncti, &c. & sic requiritur, quod vasallus sit major 14. an. Sed quid in femina, nunquid hoc tempus illi currere incipit statim post pubertatem & sic post 12. annum? Resp. quod non: sed solum post 14. annum, sicut in masculo. Ita dicit Bald. in c. Imperialem, §. præterea si quis, nu. 2. de prohib. feud. alien. per Evid. cujus opin. sequuntur ceteri Scilicet, et, ut ait Jac. de feud. in verbo, Qui quidem investiti, nu. 43. Debet enim latior fieri interpretatio, ubi agitur de evitanda pœna privationis.

Sed quæro, pone, quod vasallus (f) minor 25. annis, non petierit hujusmodi renovationem investiturae intra tempus debitum, nunquid poterit petere (g) restitutionem in integrum adversus lapsum hujus termini, à lege præfixi? Resp. quod sic. Ita tenet gl. in d. §. præterea, si quis in verbo, Annis, & est communis opinio, ut attestatur Brunus consil. feud. 100. nu. 1. & dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 1. gl. 7. num. 2. quod ita tenent omnes.

Item quæro, an ex hac causa non petita renovationis investiturae, vasallus cadat ipso jure à feudo, an autem requiratur sententia (h) declaratoria? Resp. quod requiritur sententia. Ita tenet Paul. de Castr. consil. 84. nu. 3. lib. 2. Et dicit Curt. jun. consil. 242. nu. 11. quod ita tenent communiter Feudistae. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem Soc. jun. consil. 115. num. 22. lib. 2. Guid. Papæ, consil. 38. mem. 14. in fin. vide quoque dixi infra quæst. 62.

Sed quid si vasallus intra debitum tempus petierit à domino renovationem investiturae, dominus autem (i) illam facere noluerit, nunquid hoc obicit vasallo? Respond. quod non. Ita tenet gl. in c. 1. in gl. in fin. vers. Quid ergo, per quos fiat investitura, ubi plus dicit, quod forte dominus propter hoc privabitur proprietate feudi. Et hanc opin. quod dominus hoc casu privetur feudi proprietate, (k) omnes sequuntur, ut dicit Guid. Papæ, decis. 168. nu. 2. Dicit etiam Jac. de feud. in verbo, Qui quidem investiti, post nu. 40. quod hæc est communis (l) conclusio: que tamen mihi videtur nimis rigorosa, tanto magis, cum pœna privationis, secundum communes regulas, non debeat imponi, nisi in casibus à jure expressis.

Item quid si forte vasallus intra dictum tempus anni, & diei non (m) possideat feudum, an si non petierit investituram, erit nihilominus feudo privandus? Resp. quod (n) non. Ita determinat Guliel. de Arimina, in l. solemnibus, C. de rei vend. quem

ut dicit Curt. in d. 23. causa vers. Tertio limitanda. Et dicit Alvar. in d. c. 1. post nu. 7. vers. Oppo. cum gl. 4. quod ita tenent Doctores communiter omnes.

Scias etiam quod hoc tempus (d) non incipit currere, nisi à die scientiae probabilis. Ita tenet gl. in d. c. 3. in gl. 2. quo tempore miles, quam omnes sequuntur, ut dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 1. gl. 7. nu. 4. & sic ille annus à principio est utilis, & post scientiam continuus. Addit etiam Molin. quod non currit, nisi à die hereditatis aditæ, sed hoc gl. illa non dicit, neque credo, quod sit verum, licet multi hoc teneant, maxime si esse-mus in feudo, quod agnatus, vel etiam filius possit habere, etiam si non esset hæres vasalli ultimo loco defuncti, propterea ego dicem, hunc annum, & diem esse computandum à die, quo vasallus adeptus est possessionem ipsius rei feudalis, & probabiliter servit, vel scire potuit ipsam rem esse feudalem: & nisi hæc duo concurrerint, facile eum excusarem ab amissione feudi, ob non petitam investituram.

Item scias, quod hoc tempus non currat impuberi (e) text. est in c. si minori, secundum communem intellectum, si de feudo defuncti, &c. & sic requiritur, quod vasallus sit major 14. an. Sed quid in femina, nunquid hoc tempus illi currere incipit statim post pubertatem & sic post 12. annum? Resp. quod non: sed solum post 14. annum, sicut in masculo. Ita dicit Bald. in c. Imperialem, §. præterea si quis, nu. 2. de prohib. feud. alien. per Evid. cujus opin. sequuntur ceteri Scilicet, et, ut ait Jac. de feud. in verbo, Qui quidem investiti, nu. 43. Debet enim latior fieri interpretatio, ubi agitur de evitanda pœna privationis.

Sed quæro, pone, quod vasallus (f) minor 25. annis, non petierit hujusmodi renovationem investiturae intra tempus debitum, nunquid poterit petere (g) restitutionem in integrum adversus lapsum hujus termini, à lege præfixi? Resp. quod sic. Ita tenet gl. in d. §. præterea, si quis in verbo, Annis, & est communis opinio, ut attestatur Brunus consil. feud. 100. nu. 1. & dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 1. gl. 7. num. 2. quod ita tenent omnes.

Item quæro, an ex hac causa non petita renovationis investiturae, vasallus cadat ipso jure à feudo, an autem requiratur sententia (h) declaratoria? Resp. quod requiritur sententia. Ita tenet Paul. de Castr. consil. 84. nu. 3. lib. 2. Et dicit Curt. jun. consil. 242. nu. 11. quod ita tenent communiter Feudistae. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem Soc. jun. consil. 115. num. 22. lib. 2. Guid. Papæ, consil. 38. mem. 14. in fin. vide quoque dixi infra quæst. 62.

Sed quid si vasallus intra debitum tempus petierit à domino renovationem investiturae, dominus autem (i) illam facere noluerit, nunquid hoc obicit vasallo? Respond. quod non. Ita tenet gl. in c. 1. in gl. in fin. vers. Quid ergo, per quos fiat investitura, ubi plus dicit, quod forte dominus propter hoc privabitur proprietate feudi. Et hanc opin. quod dominus hoc casu privetur feudi proprietate, (k) omnes sequuntur, ut dicit Guid. Papæ, decis. 168. nu. 2. Dicit etiam Jac. de feud. in verbo, Qui quidem investiti, post nu. 40. quod hæc est communis (l) conclusio: que tamen mihi videtur nimis rigorosa, tanto magis, cum pœna privationis, secundum communes regulas, non debeat imponi, nisi in casibus à jure expressis.

Item quid si forte vasallus intra dictum tempus anni, & diei non (m) possideat feudum, an si non petierit investituram, erit nihilominus feudo privandus? Resp. quod (n) non. Ita determinat Guliel. de Arimina, in l. solemnibus, C. de rei vend. quem

ut dicit Curt. in d. 23. causa vers. Tertio limitanda. Et dicit Alvar. in d. c. 1. post nu. 7. vers. Oppo. cum gl. 4. quod ita tenent Doctores communiter omnes.

Scias etiam quod hoc tempus (d) non incipit currere, nisi à die scientiae probabilis. Ita tenet gl. in d. c. 3. in gl. 2. quo tempore miles, quam omnes sequuntur, ut dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 1. gl. 7. nu. 4. & sic ille annus à principio est utilis, & post scientiam continuus. Addit etiam Molin. quod non currit, nisi à die hereditatis aditæ, sed hoc gl. illa non dicit, neque credo, quod sit verum, licet multi hoc teneant, maxime si esse-mus in feudo, quod agnatus, vel etiam filius possit habere, etiam si non esset hæres vasalli ultimo loco defuncti, propterea ego dicem, hunc annum, & diem esse computandum à die, quo vasallus adeptus est possessionem ipsius rei feudalis, & probabiliter servit, vel scire potuit ipsam rem esse feudalem: & nisi hæc duo concurrerint, facile eum excusarem ab amissione feudi, ob non petitam investituram.

Item scias, quod hoc tempus non currat impuberi (e) text. est in c. si minori, secundum communem intellectum, si de feudo defuncti, &c. & sic requiritur, quod vasallus sit major 14. an. Sed quid in femina, nunquid hoc tempus illi currere incipit statim post pubertatem & sic post 12. annum? Resp. quod non: sed solum post 14. annum, sicut in masculo. Ita dicit Bald. in c. Imperialem, §. præterea si quis, nu. 2. de prohib. feud. alien. per Evid. cujus opin. sequuntur ceteri Scilicet, et, ut ait Jac. de feud. in verbo, Qui quidem investiti, nu. 43. Debet enim latior fieri interpretatio, ubi agitur de evitanda pœna privationis.

sequuntur communiter Scribentes, ut ait Curt. jun. in d. 23. causa. vers. Septimo limitanda. Et pro hac opin. videtur facere text. in c. 1. per quos fiat investit. qui expresse loquitur in possidente. Vide tamen, quae dixi supra q. 82. vers. Quae autem.

Sed nunquid vasallus, qui per annum, & diem fuit negligens in petenda revocatione investiturae, poterit (o) brevi tempore purgare moram, ad exemplum emphyteutae? Respond. quod non. Ita tenet Bald. in d. cap. 1. in princ. num. 3. quo tempore miles, cuius opin. ceteri sequuntur, ut dicit Jacob. in verbo, Qui quidem investiti, nu. 37. Ego tamen, si casus contingeret, facile inclinarem in contrariam partem, quae est aequior, & ex quacunque causa excusationis admitterem (p) vasallum ad purgandam hanc moram intra breve tempus, non obstantibus argumentis, quibus Bald. movetur, ad quae scilicet posset responderi, tanto magis praesupposito, quod poena privationis hoc casu non incurratur ipso jure, sed requiratur sententia, ut dixi supra vers. Item quero.

Sed pone, quod dominus post annum, & mensem recipit (q) vasallum ad solita servitia, & secundum usum consuetam, nunquid censetur illi remississe (r) hanc quasi ingratitude? Resp. quod sic. Ita tenet gl. in d. cap. 1. in verbo, Et mensem, & in gl. fin. quo tempore miles, & ita tenent communiter Doctores, ut attestatur Alvar. in eod. c. col. 4. quem refert Curt. jun. in d. 23. causa, vers. Sexto limitatur, & in d. conf. 142. num. 14. Hanc etiam gl. dicit esse communiter approbatam Alexan. conf. 14. post nu. 10. vers. Ergo questionem, lib. 2. Socin. conf. 67. post nu. 19. vers. Sexto ista, lib. 3. Et hanc opin. dicit esse communem Soc. jun. in d. conf. 115. nu. 12. lib. 2. Videtur enim dominus illum recipiendo uti vasallum, tacite juri suo renunciale.

Quaero nunc in proposito hujus mater. Pone: dominus feudi decessit relictiis pluribus heredibus, nunquid tenetur vasallus ab omnibus petere investituram, & omnibus (s) praestare juramentum fidelitatis? Resp. in hoc articulo variae fuerunt opiniones. Nam gl. in l. si cuius, §. 1. qui in libro meo non est, §. sed lex incipiens, si usufructus, in verb. Oportere, ff. de usufructu, tenet, quod omnibus heredibus domini faciendum sit juramentum fidelitatis. Et hanc opin. dicit esse communem Zaf. de feud. in 7. parte, vers. Ceterum si dominus, dicens, quod illum cum Pyleo tenet gl. in cap. 1. §. omnes filii, de feud. defuncti, &c. Sed in hoc iudicio meo fallitur, quinimo gloss. in d. §. omnes, in fin. residet in alia opin. quod scilicet non teneatur facere fidelitatem nisi uni, quam dicit esse communem Alber. in d. l. si cuius, in princ. vers. ult. Et hanc sententiam, quod non teneatur nisi uni jurare, & quod sit in lectione vasalli, cui juret, dicit Aret. in l. 2. §. ex his, in 2. n. ubi ff. de verb. oblig. quod sequeretur in practica, quia est communis, quem refert, & dicit esse magnum verbum Zaf. in l. de pupillo, §. si plurium, num. 6. ff. de oper. nov. nunc. Dicit (t) etiam Jacob. in verbo, Qui quidem investiti, num. 82. quod hae sententia, quod uni tantum ex pluribus heredibus sit praestandum juramentum fidelitatis, tanquam magis communis servatur in practica. Hanc etiam dicit esse communem Apostil. ad Dec. in l. ea que in parzes, ff. de reg. jur. Et dicit Molin. in conf. feud. §. 2. gl. 4. n. 35. in fin. quod ita observamus. Et ita etiam servari in specie apud Germanos attestatur Zaf. in loco supra alleg. Ego semper vidi servari, quod vasallus unum tantum habet dominum, neque plures habere cogi potest, ut dicitur in tex. in c. Imp. ralem, §. praeterea dicitur, de probib. feud. alien. per Frid. quia ut plurimum illi domini supremi, vel unum

ex pluribus filiis reliquitur haereditatem in eorum titulo supremo, & jure superioritatis: vel si plures relinquant, adjudicant singulis suas provincias, vel civitates, cum jure superioritatis eis spectante, occasione illius provinciae, vel civitatis, ita quod quilibet eorum vasallus habiturus est suum certum dominium, & nunquam videri eum habere possidere tale jus superioritatis pro indiviso: si tamen casus contingeret, credo, quod post et vasallus ab eis petere, quod unus tantum ex ipsis sibi assignaretur in dominum, & si id non faceret, posset deinde ipse, quem mallet ex eis sibi in dominum eligere, & ei jurare, juxta communem opinionem, de qua supra. Sed quod ipse, nulla praecedente requisitione, possit unum ex pluribus quem ipse mallet, eligere, non credo esse in jure verum, neque servari in practica, saltem in illis regionibus: tamen ubi ita servaretur, non esset recedendum a communis observantia.

Praeterea quarto, pone, quod unus agnatus transfert partem feudi antiqui in alium agnatum habentem partem ejusdem feudi, nunquid ipse tenetur a domino petere investituram pro ea parte, quam de novo acquisivit? Resp. aut ipse agnatus acquirat portionem alterius agnati per jus accensendi, puta, quia agnatus nondum agnata sua portione feudi decessit, vel ob non petitam intra debitum tempus investituram illam amisit: & hoc casu non tenetur pro ista ratione facere se investiri. Ex quo enim est potius augmentum, quam nova portio: idem iudicari debet de augmento, quod de principali. Aut vero illi duo agnati jam receperant a domino investituram de eorum portionibus: & praestarent domino juramentum fidelitatis, & hoc casu acquirere partem consecuti tenentur infra annum, & diem pro ea petere novam investituram: est enim nova portio, & ideo pro illa etiam est praestandum juramentum fidelitatis. Et haec distinctio traditur communiter per Scribentes, ut dicit Curt. jun. in d. 4. part. in ultim. causa amissionis feudi, in 3. regula, col. 3. vers. Circa hanc tertiam. Qua quidem mihi placet, quantum ad hoc, ut vasallus post factum excusaretur, sed ante factum considerem, quod vasallus, qui pro parte tantum fuisse a domino recognovit, & pro ea jurasset, quomodocunque ei nova portio deferretur, pro ea procuraret tempore debito recognovisse, & investiri, & offerret novum fidelitatis juramentum pro ea domino praestare.

Successive quarto, an juramentum fidelitatis possit praestari domino a vasallo per (u) procuratorem? Resp. quod (x) sic. Ita tenet Bald. in cap. 1. §. primo, nu. 6. quo tempore miles, & est magis communis opinio, ut dicit Jacob. in verbo, Qui quidem investiti, nu. 10. Quam ego etiam sequor, dummodo ipse procurator habeat ad hoc speciale mandatum ab ipso vasallo, prout est de mente omnium Scribentium in hac materia, & prout etiam dicit esse magis communem opinionem Jacob. in d. verbo, Qui quidem investiti, num. 22. in fin. Et ita ubique observatur.

ADDITIONES.

(a) Potest ab eius successore renovationem investiturae. Cum tempus praetende petende novae investiturae placitis feudalibus definitum non sit: poterit dominus pro commodo, & arbitrio suo diem dandae investiturae vasallo novo constituere: ad quem vasallus citatus comparere, & petere hanc investituram, & accipere tenetur. Quod si per tribus vicibus, inter singulas festum, aut decem dierum spatium interposito, citatus non venerit: dominus eum investire amplius non cogitur, per textum in tit. 24. §. ff. de alia ingratitudine: ibique Jacob. de Belliviso, Alvarot. Bald. Schenck. Baro, & alii juncto tit. 22. in princip. lib. 2. F. Wefenbec. de feud. c. 8. nu. 2. Borcholt. in Commentar. in consuet. feud. cap. 7. nu. 29. Henricus a Rosenthal. in tractat. feud. cap. 6. conclus.

cluf. 42. Somsbeck. in Commentar. in usus feud. part. 11. n. 5. & 6. Nicolaus Moza. de substant. feud. n. 53. D. Boccer. class. 5. disput. 16. inf. subit. edit. 2. & in tract. de investitura feudi, c. ultim. nu. 1. & 2. Ceterum tempus petende investiturae feudi antiqui scitis feudalibus expressum est. Quoties enim, vel dominum, vel vasalli persona mutatur: necesse habet vasallus, vel ejus successore, a domino, vel ejus successore, intra annum, & diem, sub poena privationis feudi, investiturae renovationem petere, d. tit. 24. in princ. tit. 40. in princ. tit. 52. §. ult. & tit. 55. in princ. vers. praeterea si quis lib. 2. F. Et notat praeter Clarum nostrum, D. Boccer. d. tract. de investit. feud. c. ult. n. 6. Hammeton. lib. 3. de feud. c. 1. Vultejus lib. 1. de feud. c. 7. n. 61. Sylvanus de feud. recognit. q. 7. n. 1. Duaren. de feud. c. 4. nu. 2. & 3. Schrader. in tract. feud. part. 9. c. 1. nu. 2. Menoch. conf. 1. nu. 42. vol. 1. Rosenthal. d. tract. feud. c. 6. conclus. 30. num. 1. alique plurimi ab eo cumulatum adducunt.

(b) Privatior feudo. Hic cadunt septem pulcherrimae dubitationes. Prima est, An vasallus non possidens, si renovationem investiturae haud petierit, feudo privati debeat? vide Jac. eod. tract. verbo, qui quidem investiti, n. 32. Secunda est, an ignorans rem esse feudalem veniat feudo privandus, & intra annum, & diem investituram non petat? vide per eund. ibi nu. 41. Tertia est, si vasallus, qui debet petere renovationem investiturae, decessit intra tempus anni, & diei, forsitan in nono mense, utrum successore illius habeat integrum annum, & diem ad petendum renovationem, an autem solum illud tempus, quod supererat delatando? vide ibid. n. 34. ubi distinguit, & vera est via distinctio, & rationes per eum allegatae concludunt. Quarta est, sub qua forma debeat vasallus petere a domino renovationem investiturae, & an debeat offerre fidelitatem? n. 19. Quinta est, utrum vasallus intra tempus statutum ad petendum renovatorem investiturae teneatur praestare servitium domino: & si interim non praestet, vel offendat dominum, feudo privato? vide ibid. nu. 44. Sexta est, quid si adfilius filius praetentus? vide n. 45. Septima est, An vasallus non petente investiri feudo devolvatur ad ipsius vasalli agnatos? an vero ad feudum dominum? vide per eund. ibid. n. 36.

(c) Milites autem. Vide etiam per Jac. ubi supra nu. 33. fultus, ibique dicit se habuisse de facto. Item vasallus haud tenetur petere investituram a domino directo minore carente curatore, per Assid. in c. 1. §. saneimus, sub n. 66. quo temp. mil. & per Rol. conf. 64. n. 26. GIACH.

(d) Quod vasallus militi, revera militanti, ad petendum investituram renovationem, annus, & mensis integer adhuc hodie competat, communiter (teste Claro hic) Scribentes non absque ratione concludunt, Hartman. Hartmanni in practica. observ. tit. de feud. 54. observ. 11. Schneidevvin. de feud. part. 5. n. 3. Mynsingerus eod. §. observ. 9. nu. 1. Somsbeck. d. par. 11. n. 7. Borcholt. d. c. 7. in princ. nu. 32. Boccer. d. c. ult. nu. 7. Rosenthal. d. c. 6. conclus. 30. num. 7. & seqq. alique per eum citati. Tameñ alii aliter sentiunt, Ande. de Hern. Eguinar. Baro, & Cujacius ad tit. 22. in princ. lib. 1. F. Vultejus d. lib. 1. c. 7. numer. 61. vers. sed non assequatur pag. 221. Rüdinger. lib. 1. var. lectio. jur. feud. c. 6. numer. 6. & H. in tractat. feud. c. 11. pag. 302. & seq. HARP.

(e) Tempus. Hic advertit, quod ubi tempus est de substantia, illud debet probari, vide per Roland. in conf. 11. num. 21. lib. 4. vide conf. 44. num. 8. lib. 3. GIACH.

Hoc tempus non incipit currere, nisi a scientia. Quod tempus illud petende investiturae currat vasallo ex eo tempore, quo primum competit, aut feudum sibi delatum esse, aut domino defuncto alium successore sibi, apparet ex tit. 9. §. donare, vers. porro, ibi, ex quoque servit, 2. F. lib. 2. ibi, ex quo cum defunctum scisti, C. qui admittit ad bonor. possess. pass. l. 2. in princ. vers. ceterum quacunque die venierit, ff. quis ordo in bonor. poss. servit. Hartman. Hartmanni d. tit. 54. de feud. obser. 11. Gail. lib. 2. obser. 48. Mynsling. d. cent. 5. obser. 9. num. 1. Boccer. d. tractat. de investitura feudi. c. ultim. numer. 8. Rüdinger. d. lib. 1. c. 7. Rosenthal. d. c. 6. concl. 46. num. 2. ubi plures recenset. HARP.

[f] Impuberi. Adde sic etiam, quod et haud currit Jul. Clar. Sentent. Pract. Grail. Tom. I.

tempus appellandi, & persequendi, per Jacob. in l. si. n. 3. C. si advers. rem judic. GIACH.

Quod hoc tempus non currat impuberi. Quod i pupillis tempus petende investiturae non currat intra annum decimum quartum, citam femina sint, post Clarum nostrum, & alios, tenent Ludolph. Schrader. in tractat. feud. part. 6. c. 2. numer. 25. Vultejus d. lib. 1. de feud. cap. 7. numer. 65. Schneidevvin. in consuet. feud. cap. 2. numer. 17. & Rosenthal. d. c. 6. concl. 41. HARP.

[g] Minor. Adde, & vide per Jacobi. ubi supra sub nu. 43. ubi quod potest petere restitutionem in integrum: & respondit contrariis. GIACH.

[h] Petere restitutionem. Quinimo, quod restituatur ad petendum investituram adversus lapsum diei temporis, communem dixi in collect. mea verb. vasallus, n. 28. GIACH.

[i] Senectus. Item an vasallus non petens investituram seu renovationem investiturae intra annum, & diem amittat feudum ipso jure, an vero requiratur sententia privativa? Adde atque vide per Jacobin. de feud. in verb. qui quidem investiti, numer. 40. GIACH.

(j) Dominus autem illam sacre voluerit. Quod dominus jus suum in feudo perdat, sicut legitimum tempus petentem investiturae renovationem vasallum investire malitiose differat, tradunt post alios Ludolphus Schrader. dicto tractat. feud. part. 6. cap. 2. num. 7. & D. Boccerus dicto tractat. de investitura feudi. cap. ultimo, numer. 11. ubi hanc crebriorem sententiam etiam feudorum legibus probari autumat: ut ogganatur Antonius Contius in tractat. de feud. cap. quo. mod. feud. acquiratur, vers. sed si dominus, pag. 34. HARP.

(k) Feudi proprietate. Intelligitur sit aliqua mista causa, ex qua ipsi dominus sit motus ad differendum, cum ad paria iudicentur, ut in cap. 1. de form. fidelitatis, in fin. ut per Guid. Pap. hic allegat. GOVERN.

(l) Est communis conclusio. Adde, & vide pro illius limitatione per eundem Jacob. ibi: & pro communi vide per Caphal. conf. 241. col. 5. GIACH.

(m) Non possideat feudum. Quod tempus petende renovationis investiturae non currat vasallo possessione delatato, modo diligentiam in evocanda ea, penes alium existente, adhibeat, & lata sua culpa non amiserit, ultra Clarum nostrum, & alios, scribunt Hartmann. d. tit. de feud. 54. observ. 11. lib. 2. pract. observat. Schneidevvin. d. part. 5. n. 36. Borcholt. d. c. 8. num. 22. Schrader. d. part. 6. c. 2. num. 21. Rosenthal. d. c. 6. conclus. 49. Sylvan. de feudore. convention. quast. 76. Mozzius de substant. feud. num. 50. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gl. 10. num. 38. Roland. a Valle conf. 18. num. 17. vol. 1. Goden. conf. 13. num. 19. & conf. 105. num. 23. & Vult. lib. 1. de feud. c. 7. n. 81. HARP.

(n) Quod non. Adde, ut per Jacob. ubi supra in princ. Item, quod vasallus, qui non petit investituram intra annum, & diem, excusatur, si usus sit diligentia in recuperando feudum a tanto possessione, quia in eo non est dolus, qui requiritur in amissione, per Rol. d. conf. 40. n. 15. GIACH.

(o) Poterit brevi tempore purgare moram. An tamen quatenus vasallus moram, circa petitionem investiturae commissam, purgare possit, post plures alios a se cumulatos declarat Henricus a Rosenthal. d. c. 6. conclus. 59. & D. Boccer. class. 5. disput. 20. th. 112. HARP.

(p) Admitterem. Dicit tamen Assid. relat. a Roland. conf. 18. nu. 20. quod vasallus impeditus ab inimicitias ipsis cessantibus si steterit post annum, aut annum & diem, privabitur feudo. GIACH.

(q) Recipit vasallum ad solita servitia. Si dominus vasallum, post incursum caducitatem, ad servitia feudalitatis receperit, vel ei investituram contulerit: caducitatem commissam illi ignorare, juri quo reo renunciare censetur. Ita, praeter Clarum hic nostrum, & ab eo allegatos, docent Jacobus de Belliviso, Petrus de Cervo, Nicol. de Neapoli, Ande. de Hern. Bald. Martinus Laurent. Proposit. Assid. & Petrus Ravenanus in c. 1. quo tempore miles, &c. pluresque alii, quos refert, & sequitur Rosenthal. d. c. 6. concl. 61. HARP.

(r) Remississe. Adde, atque limita per Jac. ubi supra n. 38. Item vide sup. §. Emphyteusis, q. 10. per tot. ubi plures GIACH.

[Omnibus prebere juramentum fidelitatis.] An, & quatenus vasallus, si dominus defunctus plures heredes reliquerit, ab omnibus petere investituram, & omnibus prebere juramentum fidelitatis teneatur, post Clarum nostrum, & alios, diligenter exponunt Schrader. d. tract. feud. part. 6. c. 1. num. 13. cum seq. Rosenthal. d. c. 6. concl. 38. & Hartmanus Pistoris lib. 2. qu. 47. HARP.

[u] Per procuratorem.] Dicam infra sub quest. 53. Sed an, qui semel juravit, teneatur iterum jurare successori domini mortui? omnino vide per Jacobin. ubi supra col. 11. qui n. 36. dicit, quod quamvis vasallus jurasset fidelitatem pro se, & successoribus suis, tamen mortuo ipso vasallo, ejus successor tenetur iterum jurare, & quo juramentum ejus respectu est personale. GIACH.

[x] Quod sic.] Contrarium tenet idem Bald. in l. 1. ff. de ver. signif. & probatur in c. 1. de statu regular. lib. 6. vide Bouet. in sing. verb. juramentum, nu. 1. GOVERN.

QUESTIO L.

SUMMARI A

EX CLARO.

1 Vasallus alienans feudum sine consensu domini, an privetur feudo.

EX ADDITIONIBUS.

1 An, & quatenus vasallus, feudum sine consensu domini alienans, illud perdat, remissive.

1 Quæro, an vasallus (a) alienans feudum sine domini consensu, privetur feudo? Resp. quod sic. Dixi late supra quest. 31.

ADDITIONES.

1 [a] An vasallus alienans feudum, sine domini consensu, privetur feudo.] De hac questione abunde dictum est supra ad q. 31. & de eadem plenissime differant, post innumeratos fere alios a se laudatos, Ludolphus Schrader. in tractat. feud. part. 8. c. 1. cum aliquot seqq. & Henricus à Rosenthal. in tract. juris feudat. cap. 9. membr. 1. conclus. 1. & seq. HARP.

QUESTIO LI.

SUMMARI A

EX CLARO.

1 Vasallus cessans per triennium à solutione pensionis, an cadat à feudo.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Equid vasallus cessans per triennium à solutione pensionis, feudo privetur.
2 Censuarius à jure suo non cadit, licet per longissimum tempus censum non solverit.
3 Sententia tit. 27. §. licet vasallus, lib. 2. F.
4 Emphyteuta, ob non solum intra prescriptum tempus canonem, amittit emphyteusim.
5 Penalia extendi non debent.

Quæro, aliquis habet feudum, pro quo tenetur prestare certam (a) pensionem, nunquid si cessaverit (b) per biennium, vel triennium à prestatione hujus canonis, vel pensionis, cadet à feudo, ad exemplum emphyteute? Resp. quod non. Ita tenet Specul. de locato, §. nunc aliqua, versicul. 85. Est communis opinio, ut dicit Alexand. conf. 9. nu. 3. lib. 3. quem refert (c) Marfil. singul. 446. magna profecto, & Castador. decis. 2. de jurejur. num. 6. licet in libro meo ambo illum corrupte sub alio numero allegent. Hanc etiam dicit esse communem Deci. in Autem. qui rem, wim. 7. C. de sacrosanct. Eccle. & conf. 138. num. 5. Curt. jun. de feud. in 4. parte. in 23. causa privationis feudi, in 4. limitat. Jaf. in precludis feudorum num. 57. & seq. Hæc enim causa privationis non est à jure posita in vasallo. Cum ergo ita non sit jure cautum, neque nos id dicere debemus. Est enim feudum de sui natura concessio gratiosa, & species beneficii, quod his caducitatis regulis recipiendam non asstringit.

ADDITIONES.

[a] Certam pensionem.] Obiter hic scias, quod quando pro feudo haud prestatur servitium personale, sed census annuus puta, certa quantitas pecunie, vel frumenti, vel una spatia porci (ut faciunt Lombardi, qui non curant de servitiis personalibus, sed de redditibus burfialibus) quod tunc in hujusmodi feudo succedit etiam mutus, & furdus. Vide per Bald. de pace Constan. Vide Libellarium, & Jac. de S. Georg. in l. si firsusam. n. 5. ff. si certum petat. GIACH.

[b] Nuncquid si cessaverit per triennium.] Vasallum, qui si annum censum seu canonem, quem ex feudo debet, intra biennium, vel triennium demum suo non prestiterit, feudo minime privari, (uterque censentiant Innoc. in c. ad apostolica, 2. de sentent. & rejud. lib. 1. Bald. in c. qui in Ecclesiasticis, 7. extr. de constitutionibus. Laur. Sylvan. conf. 48. nu. 9. vers. tertius casus, & c. Sontbeccius in Comment. ad usus feud. part. 22. nu. 64. & D. Collega Bocer. class. 5. disp. 20. th. 124. sub lit. B.) verius est, & receptius. Tum quia nulla feudali lege cautum est, vasallum ob non solutionem canonis jure suo cadere: cum tamen alia cause privationis feudi diligenter enumerentur, in tit. 24. que fuit prima causa benef. amitt. lib. 2. Feud. Ergo nec à nobis statuenda erit, per text. in Novell. 2. c. 3. Tum quia in censuario receptum est, ut non cadat à jure suo, licet per longissimum tempus solve-re censum neglexerit, ut notatur in c. constitutus, 6. extr. de religiof. domibus. Ergo idem statuendum de vasallo, qui feudum tenet, & censum annuum non solvit. Tum quod etiam quia in tit. 26. §. licet vasallus, lib. 2. F. diste dispositum est, quod si vasallus servitium domino non offerat; quantocunque tempore steterit, dummodo domino potenti servire paratus sit, beneficium non amittat. Igitur & idem respondendum est de annuo censu: si non fuerit ad solvendum interpellatus vasallus: cum non amittere feudum, licet in solutione cessaverit. Tum quod postremo quia tametsi emphyteuta, ob non solum intra prescriptum tempus canonem, emphyteusim amittit. l. 2. C. de jure emphyt. c. potuit, 4. extr. de locat. id tamen, cum t penam continet, extendi non debet ad vasallum, c. statutum, 22. de electione, lib. 6. c. otis, 15. de reg. jur. eo. Atque hæc sententiam ita propagant, post Clarum nostrum, & ab eo memortatos hic, Ludolphus Schrader. in tract. feud. part. 9. c. 6. n. 75. & seq. Borcholt. in Comment. in consuetud. feud. cap. 3. n. 26. in fin. & nu. 24. Cardin. Zabarel. in d. cap. potuit de locat. Grassi. lib. 2. recept. sent. c. 3. verb. feudum, questio. 6. Villalob. in communib. opin. lit. F. n. 24. Bertachinus in suo reperor. verb. feudatarius. Gribald. in communib. opin. sub lit. F. verb. feudum in princ. Rosenthal. in tract. juris feud. c. 10. conclus. 34. & Fachin. lib. 7. controvers. jur. c. 87. ubi dissentientium argumenta resolvit. HARP.

[c] Marfil.] Adde eundem Marfil. sing. 95. contractus consualis, alleg. text. cum gloss. in c. constitutus, de relig. domib. & not. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de public. & Bald. in tit. de pac. Constan. ver. persolvere sicutum. GOVERN.

QUESTIO LII.

SUMMARI A

EX CLARO.

1 Vasallus non alens dominum, an privetur feudo.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An, & quatenus vasallus dominum inopem alere, vel incarceration redimere teneatur, remissive.
2 An, & quatenus vasallus dominum suum ab hostibus captum non redimens feudo cadat.

Quæro, nunquid (a) vasallus non prestans alimenta domino egeno, vel cum in carceribus, vel captivitate (b) existentem liberare non curans, privetur feudo? dixi supra q. 23. & 24.

ADDITIONES.

[a] N Unquid vasallus non prestans alimenta domino egeno, &c.] An, & quatenus vasallus dominum inopem alere, vel incarceration redimere teneatur, ubertim explicatum est supra ad q. 23. & 24. HARP.

[b] Captivitate existentem.] Si vasallus dominum suum ab hostibus, vel latrunculis captum non redemere, feudum suum amittit, argum. Novell. 115. c. 3. §. si animum, 13. juncto tit. 24. §. 2. vers. prædictis modis, lib. 2. F. Quod tamen ita demum verum putatur, si dominus captus ab hostibus vel latrunculis se proprio ære, five propriis nummis, vel non absque maxima diminutione honorum, & patrimonii sui, vel nullo modo se ab hostibus redimere possit. Secus autem est, si dominus habeat patrimonium sufficientem ad redimendum se ab hostibus, vel latrunculis. Tunc enim vasallus ad redimendum ipsum nihil contribuere tenetur. Nam dominus, in necessitate constitutus, prius à se ipso incipere, & burfas suas evacuare, nec aliter, quam in subsidium, à vasallo suo quid exigere debet. Ita notant Cynus, Alberic. de Rosat. & Baldus in l. venimus, 11. C. de sacrosanct. Eccle. Guido Pap. decisio. Delph. quest. 117. & 351. in fin. & singul. 13. Præposit. in preclud. feud. nu. 79. Socin. jun. consil. 98. nu. 10. & 11. lib. 3. hosque referens Schrader. in tract. feud. part. 9. c. 8. nu. 8. Quibus addatur Wefenbec. de feud. c. 10. n. 8. Schneidevvin. de feud. part. 5. nu. 121. & Paulus Berens disputatio-nib. feudat. 7. th. 80. HARP.

QUESTIO LIII.

SUMMARI A

EX CLARO.

1 Vasallus faciens contra juramentum fidelitatis privatur feudo.

2 Et quid si habeat feudum à pluribus, & delinquat tantum contra unum.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Vasallus, contra juramentum fidelitatis delinquens, feudo privatur.
2 Nisi dominus feudi prius peccaverit contra contenta fidelitatis.

T U scis, quod vasallus, qui delinquendo facit contra contenta in juramento (a) fidelitatis, potest feudo privari. Ita dicit gloss. in cap. 1. §. si niterit, in verbo, Sciens, quibus mod. feud. amitt. que communiter approbatur, ut dicit Alex. conf. 18. nu. 16. lib. 6. Modo unus vasallus habens rem in feudo à pluribus, delinquit contra unum ex dominis; Quæro an cadat in totum à feudo, an autem pro parte tantum? Respond. quod cadit pro parte tantum. Ita colligitur ex text. in cap. 1. de vasallo, Jul. Clar. Sentent. Pract. Crim. Tom. 1.

qui contra constitutionem Lothar. &c. & ita communitur dicitur, ut ait Alexander. in l. communis, nu. 10. ff. de in jus vocand. Videtur enim solum pro parte deliquisse, ex quo cum tantum offendit, quem pro parte duntaxat in dominum recognoscit: & ideo ubi teneret feudum à pluribus in solidum, res non transiret sine difficultate.

ADDITIONES.

[a] Fidelitatis.] Quid si ultra 150. annos recepit juramentum à subditis, quod postea per annos 100. non est petitum, nec præstitum, nunquid præscribitur, ut vasalli non teneantur? vide per Bald. conf. 518. Hic cadit alia dubitatio, utrum in sacramento fidelitatis comprehendatur ad aliud, quam illud quod habetur in c. 5. tit. de forma fidel. ac in c. 1. de nova for. fid. per Jac. in suis questionibus feudalibus q. 39. Et an possit præstari per procuratorem? quod non, & quare? vide per eund. ibi qu. 25. qui in hoc fuit sibi parum constans. GIACH.

[a] Facit contra contenta in juramento fidelitatis.] Vasallus, qui contra juramentum fidelitatis, & ejus contenta peccans, feudo cadit. Ita, teste hic Claro, Doctores communiter tenent Bald. Alvarotti. Præposit. & Schenck. in cap. 1. de form. fidelit. Petr. Ravenn. in c. 1. §. illud enim in fin. Que fuit prima causa benefic. amitt. Schrader. in tract. feud. part. 9. c. 9. nu. 12. caus. 43. Petrus Jacob. de practice. aur. libellor. rubr. 59. nu. 16. & 40. Joan. Petr. Ferrar. in form. libell. quo agitur ad revocari. feud. §. nec superstitibus, num. 24. caus. 8. Aym. Cravetta in tractat. de antiquit. temp. part. 4. §. transio nunc ad quartam. &c. n. 155. Henricus à Rosenthal. in tract. juris feud. c. 10. concl. 15. mun. 1. aliquæ ab eo congesti. Quod tamen non procedere videtur, si dominus feudi prius deliquerit contra fidelitatem reciprocam vasallo debitam. Tunc enim vasallus postea delinquens contra capitula fidelitatis feudo privari nequit. Gloss. penult. in c. 1. §. fin. de nov. form. fidelit. eamque citans Schrader. d. part. 9. cap. 9. nu. 14. versic. tertio hæc conclusio, & c. HARP.

QUESTIO LIV.

SUMMARI A

EX CLARO.

1 Vasallus an possit feudo privari propter amicitiam contractam, cum inimicis domini.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Num vasallus cum inimicis domini amicitiam contractans feudum amittat.
2 Utrum in dubio præsumatur vasallus in domini perniciem contractasse amicitiam cum inimicis domini: an vero hujus rei probatio domino incumbat.
3 Amicitia per se res honesta est.

Quæro, an vasallus (a) possit privari propter amicitiam contractam cum inimicis domini? Resp. quod (b) sic. Ita dicit gloss. in c. 1. in verbo, Concubuerit, quib. mod. feud. amitt. & in l. 1. §. cum patronus, in verbo, Cum inimicis, ff. de offic. præfect. urb. quas glossas sequuntur commun. DD. ut ait Gratius conf. 1. n. 81. lib. 1. Non enim videtur domino fidelis, qui cum ejus inimicis amicitiam contrahit. Hanc tamen conclusionem intellige, ut procedat, quando talis amicitia fuit per vasallum contracta in perniciem domini, alias autem propter solam amicitiam contractam cum inimico domini ad alium effectum, non esset vasallus feudo privandus. Ita dicit gloss. in cap. 1. §. porro, in verbo, Assalierit. que fuit prima causa benefic. amitt. & in cap. 1. in verbo, Sciens hic potest esse tit. quib. mod. feud. amitt. quam sequuntur communiter Feudista, ut dicit Curt. jun. de feud. in 4. parte, in 15. causa privationis feudi.

4 Et quid si simpliciter negavit narrata, prout narratur.

Ex Additionibus.

- 1 Vassallus non nisi iusta ex causa feudum amittit.
2 An & quatenus Princeps alicui jus suum auferre possit, remiss.
3 Vassallus sciens negans feudum, eo privatur.
4 Et quid, si neget saltem partem feudi.

Quaero, an vassallus possit feudo privari (a) sine causa? Respond. quod non, etiam de plenitudine potestatis. Et ista est communis resolutio Doctorum, ut dicit Crav. de antiq. tempor. in l. parte, sect. 1. n. 17. Cum enim vassallus sit utilis dominus, non potest Princeps, etiam Imperator, illud dominium sine causa ei auferre, tanto magis, cum feudum sit contractus, & secundum communes regulas Princeps ex contractu obligetur, sicut privatus.

Undecim autem causas, propter quas potest vassallus feudo privari, vidisti sup. in proximis qu. Adde quod vassallus (b) negans tenere feudum a domino amittit feudum. Text. est in ca. 1. §. vassallus si feudum, si de feud. definiti contentio.

Sed quid si vassallus (c) neget tantum partem feudi, vel certa praedia, nunquid cadet a toto feudo, an autem tantum a parte negata? Resp. quod cadet tantum a parte vel re negata. Ita tenet gloss. in d. §. vassallus si feudum, in verb. scientia. Et licet Petr. de Cervo tenuerit contrarium, quod scilicet cadat a toto feudo; tamen ejus sententia ab omnibus Feudistis rejicitur, ut dicit Molin. in consuet. Paris. feud. §. 30. n. 6.

Sed quaero, pone, vassallus non negavit in specie feudum, sed licem contestando negavit narrata, prout narratur, &c. ut solet fieri, nunquid dicitur negalle feudum, ita quod incidat in poenam privationis? Resp. quod non. Argumento ejus, quod dicit Bart. in l. si dicitur, §. ut demum in fin. ff. de fidejuss. Et ita tenet Jac. de feud. in verb. Dicitur vassal. l. 1. n. 35. & ita praecipitur, ut dicit Molin. in d. §. 30. n. 8.

ADDITIONES.

(a) Ine causa.] Adde, & vide per Roland. consil. 3. ubi dicitur nu. 136. illud procedere de ordinaria Principis potestate, non autem de absoluta, secundum quam Imperator haud ligatur. GIACH.

An vassallus possit feudo privari sine causa.] Vassallus non nisi iusta ex causa feudo privandum esse, constat ex cap. 1. de feud. sine culpa non amittit. tit. 21. cap. 1. de natura feud. tit. 7. cap. 1. in princip. quo temp. mil. investit. per. deb. tit. 22. lib. 1. F. Roland. a Valle consil. 1. num. 233. vol. 2. Hartman. in practice. observat. tit. de feud. observat. 24. adeo, ut ne Princeps quidem sine legitima causa alicui feudum eripere queat; ne quidem sub potestate absolute umbra, argum. l. meminerint, §. C. unde vi. Principii quippe tantum honesta possibilia putantur, argum. can. scilicet, 21. caus. 2. q. 1. can. Regum, 22. caus. 23. quod §. 5. Laudent. in c. un. §. notandum, nu. 7. de his, qui feudum dare possunt. Tiber. Decian. resp. 23. num. 1. vol. 1. Borcholt. in Comment. in consuetud. feud. cap. 8. num. 1. & 2. Paul. Berens disp. feud. 8. tit. 9. Ceterum tan. & quatenus Princeps alicui jus suum auferre possit, explicatius persecutus sum ad principium tit. Insuper de ver. divij. & acqu. ips. dom. rur. 98. & multis seqq. HARP.

(b) Negans.] Item quod negans se vassallum, perdat jus, quod habet, vide per Jas. in prat. feud. col. 19. in fin. & dixi etiam alibi. GIACH.

Vassallus negans tenere feudum a domino amittit feudum.] Si vassallus feudum, sciens feudum esse, negaverit; id est, rem feudalem non esse feudalem, vel se eam ab illo domino in feudum non tenere, vel se vassallum esse indicatus fuerit, recte feudo mulctatur,

per textum manifestum, hic a Claro allegatum, in c. 1. §. vassallus, si feudum, & §. vassallus feudum, si de feud. definiti contentio. sit inter dom. & agnat. vas. tit. 26. lib. 2. F. & in cap. 1. §. fin. de Luge Corradi, tit. 24. lib. eod. & utrobique Gloss. Belvivo, Petrus de Cervo, Nicol. de Neapol. Iser. Bald. Alvarotti. Laudent. Praeposit. Afflicti. Raven. Balzarar. Egwin. Baro, & alii. Duaren. de feud. c. 14. n. 23. Paris. de Put. de feud. redintegrat. c. 52. n. 3. cum seqq. Sontstecc. in Comment. in usus feud. part. 12. n. 63. Borcholt. d. c. 8. n. 115. Mozz. de feud. tit. fin. n. 74. Intrigliol. in centur. feud. q. 91. n. 82. Schrader. in tract. feud. part. 9. cap. 6. n. 19. Rosenthal. in tract. juris feud. cap. 10. conclus. 32. num. 1. & seqq. alique non pauci ab his memorati. HARP.

[c] Si vassallus neget tantum partem feudi.] Quod si vassallus, qui non totum feudum, sed partem ejus tantum abnegavit, non toto feudo, sed parte abnegata duntaxat, utpote circa quam deliquit, exuatur, ultra Clarum nostrum, alii sexcenti fere affirmant; quos referendo sequitur Rosenthal. d. c. 10. conclus. 32. nu. 7. & seq. HARP.

QUESTIO LX.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1 Quod testes requirantur ad probandum ingratitudinem sive feloniam contra vassallum.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Quot testes ad probandum feloniam requirantur.
2 Probatur feloniam etiam facti sive rei evidetia.
3 Probatio, quae fit per rei evidetiam seu aspectum, pra alius privilegiata, validissima, nulla lege vel statuto exclusiva, post attestaciones publicatas, & sententiam latam, ac contra instrumentum quaventionium admittenda.

Quaero, quot (a) testes requirantur ad probandum ingratitudinem sive feloniam (b) contra vassallum? Resp. de hoc habemus text. expressum in c. 1. quot testes sint necess. ad proband. &c. quod requirantur quinque, qui sint omni exceptione majores. Sed punctus est, quia Molin. post nonnullos alios dicit, quod ille text. non est authenticus, & non servatur. Tu dic, quod imo est authenticus, & est lex, & pro lege servari debet, & ita tenent omnes Scribentes, ut dicit Jac. in verbo, Dicitur vassal. el. 1. n. 55. Et dicit Bertraud. consil. 115. n. 31. lib. 2. in 2. parte, quod ita tenent communiter Doctores.

ADDITIONES.

[a] Quot testes requirantur ad probandum ingratitudinem.] Quamvis regulariter in civilibus, & criminalibus causis duo testes idonei plenam faciunt probationem; attamen ad probandum, & convincendam vassalli sive clientis feloniam seu ingratitudinem, aut tale quid, ob quod vassallus feudo, sive beneficio privati meretur, ac potest, testes quinque summae atque integre opinionis, sicque omni exceptione majores requirantur, per totum rotandum in c. 1. quot testes sint necessarii ad probandum feudi ingratitud. tit. 57. in fi. lib. 2. F. hic a Claro nostro adductum, ibique Alvar. num. 1. Praeposit. numero 1. Afflicti. nu. 4. & 5. Balzarar. n. 19. alique communiter. Jacob. de S. Georg. in tractat. de feud. in verb. Dicitur vassalli promiserunt non committere felon. nu. 55. Anton. Capyc. in investit. feud. c. feudatariorum ex-cusationes, §. probatio, pag. 192. Duaren. de feud. d. 1. n. 21. nu. 7. in fin. Mozz. de natur. feud. nu. 53. Schrader. in tract. feud. 2. part. 4. princip. sect. 13. num. 10. Mascard. in tract. de probationibus conclus. 761. num. 1. & conclus. 897. num. 28. vol. 2. Vultejus lib. 1. de feud. c. 1. num. 54. & plures alios referens Henricus a Rosenthal. in tract. jur. feud. c. 12. concl. 19. n. 4. & 5. ubi, & dissentientes nonnullos citat.

Adden

ADDITIONES.

Addendum hoc loco illud est: feloniam + privatione feudi signam abique omni dubio per evidentiam rei, & aspectum probari posse. Tum + quia illud probatio, quae fit per rei evidetiam, & aspectum, omnium est optima, & validior quacunque alia probatione, & conjunctio generis probationis preferatur. Bald. in l. Deo novis, §. 6. de Episcop. & cleric. & l. contra negantem, 4. n. 7. C. ad l. Aquil. Barbat. consil. 7. col. 4. lib. 1. Tirac. in tract. de iurisco. rescriptis. part. 1. col. 4. gloss. 1. n. 26. Tum quia illa probatio est multum privilegiata, & omnes alias probationes excedit. Rom. consil. 104. & Hippol. de Marf. in rubr. C. de probationibus, num. 169. Tum quia illa probatio per nullam legem, statutum, vel consuetudinem excludi censetur, sed semper, & quocumque, & in quibuscunque causis recipi debet, etiam ante litem contestatam, & tempore factio: item post attestaciones publicatas, nec non post sententiam latam; & contra instrumentum quaventionium, executionem paratam habens; ut, multis relictis adnotantibus consent Schrader. d. part. 2. nonae partis primae. sect. 13. n. 108. & Rosenthal. d. c. 12. conclus. 19. n. 49. & seq. HARP.

[b] Feloniam.] Hic scias, quod tamen vassallus commiserit feloniam contra dominum, non tamen heredes domini possunt eum feudo privare, si dominus illam sciebat, secus si ignorabat; per Marin. Anguil. in consil. 94. n. 22. & vide sup. q. 11. sub apost. signata littera B. privatur, & similiter si pater vassallus commisit feloniam, ejus haeres haud potest privari; per Jas. in l. si. ultima. nor. C. de jur. emphyt. Ubi Clericus venit privandus propter conditionem factam contra dominum: tunc praesertim curiae nec alius iudex secularis possunt de tali conditione cognoscere, sed solus ordinarius clericus; per Roland. consil. 4. numer. 35. 36. 37. vide tamen infr. q. fin. versic. & hoc quidem. Hic etiam scias, quod feloniam committenti conferantur nedum bona allodialia, sed etiam feudalia etiam in praedictum agnatorum, quoniam delictum tam grave officit nedum delinquentibus, & filiis, verum etiam agnatis: per Rol. consil. 1. col. 2. vol. 3. GIACH.

QUESTIO LXI.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Vassallus, qui coactus aliquid fecit contra dominum, an debeat feudo privari.
2 Et quid si illud fecit per metum.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Vassallus vi, metueve iusto coactus, dominum feudi offendens, an feudo privetur.
2 Statuum irrogans certam poenam praestantibus auxilium bannitis, non extenditur ad illos, qui coacte bannitis, auxilium praestiterunt.

Quaero, vassallus fecit aliquid, propter quod est feudo privandus, nunquid (a) si illud fecit coactus, debet nihilominus feudum amittere? Resp. quod non. Ita dicit gloss. in cap. 1. §. porro, in verbo, Perdus quae fuer. prima causa benef. amitt. quam sequuntur communiter Scribentes, ut dicit Gratus consil. 5. n. 13. lib. 2. non enim dicitur delinqueret, qui aliquid coactus facit.

Sed quid si illud fecerit per metum? (b) Responde quod pariter excusabitur. Ita sentit gloss. in cap. 1. §. similiter, in verbo, Privabitur, de consuet. recti feud. quam sequuntur communiter Doctores, ut ait Grammaticus consil. 13. nu. 30. Quod tamen intelligo, ut procedat in iusto metu, & qui cadit in constantem virum. Dico etiam, quod si cessaret vis, ut causa metus & vassallus nihilominus perseveraret in offensione domini, tunc reputaretur voluntarie delinqueret; & ideo non esset excusandus a privatione feudi.

Unquid si illud fecit coactus.] Si + vassallus vi vel metu iusto coactus, dominum feudi leserit, seu offenderit; feudo privandus haud venit, argum. c. fuerit, §. ubi Canonista, extr. de his, quae vis, in iure caus. fin. & argum. can. pres. verbor. 29. dist. 50. Et praeter Clarum nostrum, tradunt Schneidev. de feud. part. 8. c. 1. nu. 111. Schrader. in tract. feud. part. 9. c. 4. n. 94. & Rosenthal. in tract. jur. feudor. c. 10. conclus. 20. n. 61. Quae + sententia ex eo confirmari videtur, quod statutum irrogans certam poenam praestantibus auxilium bannitis, vel receptantibus bannitos, non extenditur ad illos, qui coacte bannitis vel auxilium praestiterunt, vel bannitos receperunt, ut, post Bar. in l. post legatum, §. §. his vero, ff. de his, quibus ut indigni, & Florianum in l. in omnibus, §. ff. de noxal. actionibus annotavit Schrader. d. part. 9. c. 4. n. 95. HARP.

[b] Per metum.] Adde commune etiam per Roland. consil. 1. nu. 10. & dixi in collecta mea commun. opin. in verb. vassallus, nu. 18. GIACH.

QUESTIO LXII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1 Vassallus propter ingratitudinem, vel aliam causam privationis an cadat ipso jure a feudo, vel sit per sententiam privandus.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Vassallus privandus ob feloniam, utrum feudum ipso jure, an per sententiam amittat.
2 Rixis occasio non praebenda.
3 Interpretatio tit. 2. lib. 2. feudor.

Quaero, an in casibus, in quibus vassallus incurrit poenam privationis feudi, privetur (a) feudo ipso jure, an autem requiratur sententia? Resp. quod regulariter non privatur feudo ipso jure, sed post convictam culpam, & sic secuta sententia. Ita tenet gloss. in c. 1. in verbo, jure feudi, quib. mod. feud. amitt. quae in hoc est communiter approbata, ut dicit Alexan. consil. 124. num. 1. lib. 1. Et est communis opin. ut ait Curt. jun. de feud. in 4. parte, in ultima particula, in 1. dubitat, Zas. de feud. in 10. parte, in fin. prima particula. Et dicit Molin. in consuetud. Paris. feud. §. trigesimo, n. 25. hanc esse communem, & veram omnium sententiam, quod propter quameunque causam amittendi feudum, sive propter negationem, sive propter non petitam investituram infra tempus debitum, sive etiam propter feloniam, nunquam amittitur feudum ipso jure, sed tantum post sententiam, excepto solo casu alienationis, & traditionis factae domino irrequirit, quo casu feudum amittitur, & ad dominum revertitur ipso jure.

ADDITIONES.

[a] Privetur feudo.] Hic scias etiam, quod vassallus, qui commisit feloniam, lege feudi solum privatur feudo, vide per Caph. in consil. 18. n. 42. an, & quando bonis vassalli publicatis bona feudalia, comprehendantur in honorum publicatione? vide per Bossi. tit. de bono publico sub n. 53. quod dixi alias, & plenius. GIACH. Privetur feudo ipso jure.] Quoties + feudum propter feloniam, & culpam a vassallo commissam amittitur, toties regulariter non ipso jure, sed per sententiam iudicis, de causa, atque delicto agnoscitur, reumque vassallum condemnantis, amitti verus putatur, per textum aperitissimos in tit. 21. in prin. & titu. 22. §. sanctimus, lib. 1. F. Quibus rebus accedit manifesta juris ratio: quod + nempe si daretur domino facultas propria auctoritate vassallum expellendi, eo quod culpam diceret commissam, negante id vassallo, & sese domino opponente: saepe ad rixas, ad manus, & ad arma veniretur: Hoc autem praetermittere minime debet.

debet, arg. 1. non est singularis, 176. ff. de reg. jur. Atque ita, ultra Clarum nostrum, & ab eo relatus hic, censent Jacobus de S. Georg. in tract. feud. verb. dicitur vasalli, n. 9. & 11. Ruinus conf. 37. n. 4. libro 1. Praes. Papiens. in sum. libell. qua igitur ad revoc. feud. verb. necessariosus ex eo liberis, num. 8. Guid. Papiens. decis. de sep. 164. Matth. de Afflic. decis. Neapol. 385. n. 70. Paris. conf. 1. n. 18. & conf. 101. n. 116. libro 1. Anton. Gabr. Roman. in tractat. reg. libro 7. rubr. de crim. conel. 9. n. 10. Sonsbecc. in Comment. in usus feud. parte 13. n. 74. Hanneron. libro 3. de feud. c. 13. Vult. libro 1. de feu. c. 11. n. 59. Mozz. de feud. tit. fin. n. 40. & n. 105. Schneidev. de feud. parte 8. c. 2. n. 10. Duaren. de feud. c. 15. n. 14. Gail. libro 2. obser. 51. n. 1. & libro 2. de pace publ. c. 3. n. 10. Hartm. pract. q. libro 2. tit. 54. de feud. obs. 27. Schrad. in tract. feud. 2. parte 9. partit. prin. sect. 8. n. 14. & Roenthal. in tract. juris feud. c. 10. conel. 41. n. 1. & segg. alique complures, ab his allegati.

Huic verissime, & receptissimae sententiae non obstat, quod textus in tit. 24. libro 2. F. utatur verbo presentis temporis amittit: adeoque significet, quod si vasallus intra annum, & diem non petierit investituram, ipso jure feudo privetur. Nam quod vasallus ex dicta causa non ipso jure feudum amittat, colligitur ex d. tit. 24. ubi textus loquitur per verbum futuri temporis carebit. At quando lex loquitur per verba futuri temporis, non importat ipso jure privationem: sed requiritur sententia privativa. Proinde praecedens verbum (amittit) quod est presentis temporis, explicationem recipit ex verbo carebit, futuri temporis, perinde ac si Feudista dixisset: vasallus ob non petitam investituram renovationem tum amittit feudum, quando deprehensus, & judicatus fuerit, non habuisse causam non petenda intra legitimum tempus renovationis. H. d. c. 14. pag. 392. Reliquae rationales, quibus dissentientes nonnulli nituntur, propter sui levitatem confutatione non indigent. Ceterum praedictae regule exceptiones non contemnendas, post alios, referunt Vultejus d. c. 11. n. 60. & Schrad. d. parte 2. nona partit. prin. sect. 8. n. 21. cum seq. HARR.

QUESTIO LXIII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Dominus recipiens servitia a vasallo an censeatur illi remittere caducitatem, quam prius incurrerat.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An & quatenus dominus, qui intra legitimum tempus servitia a vasallo investituram non petente, recipit, vasallo ingratitude remississe videatur, remissive.

Uero, nunquid dominus, qui post ingratitudinem vasalli recepit ab eo servitium, censeatur (a) illi remississe ingratitudinem, & poenam? Resp. quod si ignorabat vasallum a feudo cecidisse, non censetur illi remississe caducitatem. Et hoc approbat communiter DD. ut ait Grat. conf. 2. n. 75. lib. 1. Nam ignorantis nulla est voluntas. Si vero sciebat eum cecidisse, tene, quod censetur remississe, nisi in receptione servitii fuerit (b) protestatus, se id recipere salvo jure caducitatis. Vide in hoc proposito, quae dixi supra q. 49. vers. Sed pone.

ADDITIONES.

[a] Censeatur illi remississe ingratitudinem. An, & quando dominus, qui post annum, & diem servitia a vasallo, qui investituram non petiit, recipit, vasallo ingratitude commissam remississe censetur, monitum est supra ad quest. 49. n. 10. & fultus declarant, praeter Clarum nostrum Sylvanus de feudis recognit. q. 80. Thomas de Martin. de generibus & qualitat. feudor. titulo 2. parte 2. de feudo ex pacto, & c. n. 80. Schneidev. de feud. parte 5. nu. 31. Nicol. Mozz. de sustant. feud. n. 48. Sonsbecc. in Comment. ad usus feud. parte 11. n. 22. vers. sicut. Jozzo. Aurel. Corbul. in tract. emphyt. c. 5. nu. 33.

Dec. conf. 76. nu. 100. vol. 1. Schraderus in tract. feud. parte 6. c. 2. n. 78. & segg. Vult. libro 1. de feud. c. 11. n. 63. & segg. alique ab his designati. HARR.

(b) Fuerit protestatus. Hic etiam nota, quod si dominus recipiat ab emphyteuta canonem reservando sibi jus caducitatis, ipsum jus caducitatis sibi conferatur, per Jas. in l. si post moram, col. 8. circa fin. ff. de eo quod cer. loco, li. vero receperit pro eo anno, pro quo ratione solutionis vult rem ipsam incidisse in commensum, sibi praedictat: commune dixi plene in mea collecta, in verbo, Dominus, vide ibi. GIACH.

QUESTIO LXIV.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Jus privandi vasallum feudo an transeat ad heredem domini.
- 2 Et quid si culpa erat talis, propter quam vasallus ipso jure cecidisset a feudo.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Haeres domini non agit ad privationem contra vasallum, si dominus in vita tacerit.

Pone, vasallus commisit causam, propter quam poterat feudo privari, dominus autem priusquam querelaret, decessit: Quæro nunquid jus privandi vasallum transeat (a) ad heredem ipsius domini? Resp. quod si dominus in vita non querelavit, tale jus non transit ad heredem, Ita dicit gl. in c. 1. §. in verbo, Concluserit, quib. mod. feu. ann. & est communis DD. sententia, ut dicit Curt. jun. de feu. in 4. par. in ult. particula, in 2. dubitatione. Hanc etiam sententiam dicit esse communiter receptam Ripa in l. fin. n. 237. C. de revoc. donat. Quae tamen intelligenda est, ut procedat, quando dominus scivit culpam vasalli & de ea conquestus non est: fecis (b) autem si non fecisset. Nam eo casu utique transit ad heredem. Et hæc fuit doctrina Jacob. de Belvis. in d. §. 1. quam omnes DD. sequuntur, ut ait Jaco. in verb. Dicitur vasalli, el. 1. n. 51. faciunt, quae dixi supra q. praecedenti.

Sed quid si culpa erat talis, pro qua vasallus esset ipso jure privatus feudo? Resp. quod idem dicendum est. Adhuc enim si dominus sciebat querelam non fecerit, sed tacerit, non transmittit ad heredem jus revocandi feudum. Et ita tenent omnes Scribentes, ut dicit Mol. in consuetud. Paris. feud. §. 30. n. 127. in fin. Nam conclusio Doctorum solummodo fundatur in conjecturata mente domini, qui ex quo non querelavit, videtur remississe: quæ ratio pariter militat, si ipso jure, si per sententiam privetur feudo. Et ideo ubicunque apparet de voluntate domini in contrarium, puta, quia revocasset injuriam ad animum, vel hujusmodi, tenendum esset, quod transmitteret jus privationis ad heredem.

ADDITIONES.

[a] Transeat ad heredem. De ista communi opin. vide etiam per Senatum Podemon. dec. 77. n. 11. GIACH. Nunquid jus privandi vasallum transeat ad heredem? Haeres & domini ob feloniam commissam, si dominus actionem contra vasallum vivus, cum poterat, non intentaverit, vasallum actione illa convenire non potest, per gloss. in c. 1. §. porro, qua fuit prima caus. benef. amitt. ubi Bald. n. 3. Alvarott. n. 3. & Praeposit. n. 2. Et notant quoque praeter Clarum hic nostrum Sylvanus de feudis recognit. q. 8. & segg. Ferris de Puteo de reintegrat. feud. c. 21. n. 1. cum seq. Ferris Jacobi in practice. in forma libelli de condit. ex moribus pro feudo aperto, sub c. de caus. ex quibus feud. amitt. nu. 5. Perationem. practice. in forma libelli ad revoc. feud. super verbo, vito iustitiam invidiam n. 2. Vultejus lib. 1. de feud. c. 11. n. 68. & Borchol. in Comment. in consuetud. feud. c. 8. n. 154. & segg. alique per hos adducti, HARR.

(b) Si

(b) Secus.] Adverte, quod ubi Princeps haud potest divestire vasallos, quod potest tamen in tali feudo novum modum, & tormam succedenti adhibere, per Rolan. in conf. 3. n. 137. & 138. libro 1. Item adverte, quod ubi vasallus commisit delictum, ob quod feudum revertitur ad dominum immediate, si post declarationem restituatur a Principe, quod intelligatur restitutus, ad feudi recuperationem, per Alex. in l. Galus, §. & quid sit tantum, ante n. 29. ff. de lib. & posth. GIACH.

cofque cum aliis referens Vult. lib. 1. de feud. c. 11. n. 66. HARR.

[c] Contra heredem.] Dixi supra ad qu. 60. sub 1. apposi. ex Jaf. GIACH.

(c) In quibus vasallus privatur feudo ipso jure.] Si culpa a vasallo commissa sit ejusmodi, ut vasallus ipso jure feudo privetur: tunc, etiam si adversus vasallum viventem dominus actionem non instituerit: haeres tamen vasalli defuncti nihilominus a domino conveniri poterit, & adversus ipsum ad privationem agi: ut, post plures alios, docent Borcholt. d. c. 8. n. 155. Menoch. conf. 304. n. 47. & Roenthal. in synopsi. totius juris feud. c. 10. conel. 106. Hujusque doctrinae ratio in eo posita creditur: quod gl. in l. 3. §. quod autem ait, ff. quod quisque juris in alium fiat & c. affirmat, quod illis casibus quibus pena ipso jure incurritur, actio in heredem delinquentis competat, etiam adversus ipsum delinquentem non sit tentata. Quam doctrinam communiter, & regulariter esse receptam traicit Hartm. Pistor. q. 35. lib. 1. Tamest non desint, qui ne illis quidem casibus actionem adversus heredem dandam esse statuunt: eo quod illis casibus opus sit sententia judicis declaratoria. Ubi autem declaratoria opus est, pena adversus heredem non transeat, per notata Bartoli in l. ejus, qui declaratorum 29. ff. de jure sibi. Quam pugnam conciliare videtur hic Clarus nolles, & Pistoris ad q. 35. n. 11. prout eum citat Vultejus d. c. 11. n. 67. HARR.

(d) Patti apposti in investitura.] Insuper hic una pulcherrima questio. Pone vasallus alium constituit in eadem re, & secandus vasallus feloniam committit, vel culpam privatione feudi dignam: modo quaeritur, ad quem eorum revertatur feudum dic ad primum. Vide per Alex. in l. possideri, §. ex contrario, n. 38. ff. de acquir. poss. GIACH.

QUESTIO LXVI.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Feudum privato vasallo, an aperiatur domino, vel agnatis.
- 2 Et quid in feudo novo.
- 3 Et quid si sit antiquum.
- Et quid in agnatis collateralibus ipsius vasalli delinquentis.
- 4 Et quid si feudum sit concessum pluribus aequè principatiter.
- 5 Et quid si vasallus privetur feudo ex aliquo delicto, non concernente directo personam domini.
- 6 Et an aperiatur omnibus agnatis indistincte.
- 7 Et quid si privetur propter alienationem ipsius feudi domino irrequisto factam.
- 8 Et quid si privetur ex eo, quod fuerit contumax in associatione Imperatoris Romani proficiens ad suscipiendam coronam Imperii.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Feudum vasalli delicto commissum, cui aperiatur, remissive.
- 2 Cuiam feudum ob alienationem, a vasallo illicitè factam, commissum cadit, remissive.

Uero, quando vasallus privatur feudo, cui aperiatur ipsum feudum, scilicet an domino, vel agnatis? Resp. Debes scire, quod quatuor modis principaliter feuda finiuntur, scilicet morte vasalli, siue sine linea, renunciazione, delicto, & alienatione. Si feudum statuit morte vasalli, quia scilicet ejus linea, sui progenies in ipso delicit, nulli dubium est, quod aperiatur domino. An autem agnati proximiores vasalli defuncti possint petere se de ipso feudo investiri, dicam infra q. 87. Si finitur renunciazione vasalli, cui eo casu feudum aperiatur, dixi supra qu. 34. Restat ergo, ut videamus, quando (a) feudum finitur delicto, vel (b) alienatione, cui applicetur? Et hoc casu, secundum Doct. distinguendum est inter species delicti. Nam si culpa, aut delictum, propter quod vasallus privatur feudo, est tale, quod de directo offendat dominum, tunc feudum revertitur

QUESTIO LXV.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Jus privandi vasallum feudo an transeat contra heredem vasalli.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Si vasallus, qui ob culpam commissam feudo privandus erat, moriatur, cum dominus adversus ipsum actionem ad privationem feudi nondum instituerit: an & quatenus contra heredem illius vasalli actio ad privationem feudi institui possit.
- 2 Feudo ipso jure commissum, an & quatenus contra heredem vasalli agi queat, etiam non convento vasallo vivo.

Uero nunc, quid e converso: Pone, vasallus commisit feloniam, vel aliquid aliud, propter quod ceciderat a feudo, sed tamen priusquam dominus querelam contra eum institueret, decessit, nunquid (a) poterit dominus hujusmodi querelam proponere contra heredem (b) ipsius vasalli, & cum feudo privare? Resp. quod non, nisi essemus in casibus, in quibus (c) vasallus privatur feudo ipso jure, vel ex dispositione juris, vel ex forma pacti apposti (d) in investitura; tunc enim bene posset querela proponi contra heredem. Ita dicit Bal. in c. Imperialem, §. in super, n. 7. de prohib. feud. alien. per Frid. quem omnes sequuntur, ut dicit Jac. de feu. in verbo, Dicitur vasalli, el. 1. nu. 53. circa fin. Quam opin. ego sequer, ubi delictum esset adeo notorium, & inexcusabile, quod nullo pacto negari, aut defendi posset. Sed si egeret aliqua probatione, vel posset aliquo colore excusari, mihi nunquam placuit, quod feudum posset hoc casu ab herede vasalli revocari: est enim valde iniquum, ut de delicto mortui, qui se defendere non potest, agatur ad praedictum heredem, qui non deliquit. Et cum semel iste casus in facto contigerit, ita consului. Dicebam etiam, quod licet ille casus esset, in quo vasallus erat ipso jure privatus feudo, neque requirebatur sententia, tamen ex quo agebatur contra heredem, vel agnatum, qui erat vocatus ex tenore investiturae, non poterat ab eo auferri feudum, nisi praecedente sententia, & processu, ex quo iste est tanquam tertius possessor. Et tandem post longam item res fuit composita, feudo remanente apud filium ipsius vasalli, qui deliquerat.

ADDITIONES.

[a] Nunquid poterit dominus hujusmodi querelam proponere contra heredem.] Si vasallus, qui ob culpam commissam feudo privandus erat, moriatur, cum dominus adversus ipsum actionem ad privationem feudi nondum instituerit, contra heredem istius vasalli actio ad privationem feudi institui haud poterit: si modo dominus vasallo adhuc vivente seiverit; culpam ejusmodi ex qua feudo privandus sit, commissam esse, & praeterea adversus ipsum agere poterit, neque tamen egerit, per gl. in c. 1. §. in super, in verb. non succedit, de prohib. feud. alien. per Frid. ibique Bald. n. 5. Alvar. n. 4. & Afflic. n. 15. Borcholt. in consuetud. feud. c. 8. n. 155. Sonsbecc. ad usus feud. par. 12. n. 31. Menoch. conf. 99. n. 182. Myning. cons. 3. obser. 67.